



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xxiiij. Destillationis cognitio & cura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

hens, significat fuorum temporum venas obstructas esse, ex eoque caput torqueri. hunc hoc modo curabis. Vetus vinum ore sumptum in illius caput, oculos, naresque inspirato, quotidie lauato, & ad sanitatem perduces.

Destillationis cognitio & cura.

CONTRAHITVR hæc ægritudo frequenter diei pestilentis inconstantia, aut sordidarum carnum vsu. Cognoscitur, cum supra oculos, capitis caua loca plena existunt: aut cum carnem carpit, guttæ quædã aquæ decidunt: aut cum oculorum pupillæ velut nebulæ aquosæ implentur. Cum vnum ex his signis apparet, hoc sicco remedio curabis. Costi, folij Indici, singulorum scrupulos quinque, baccarum lauri aridarum drachmã, pulicariæ scrupulum. omnia contusa, & tenui cribro transmissa, arida seruato, hisque cum opus erit, illius palatum confricato: fauces melle illinito: tum ex arido prædicto in nares inijcito, deinde horam vnam ad solem ipsum exponito, & curabitur.